

accerſo patrem. Ille etiam objurgat, addens, ſe
 ægre viciffe ſuos affectus; ut viciffim nunc
 vincerem animum meum, nec hoc dedecus
 conciliarem ſibi, quod reſiliiffem ab inſtituto.
 Tandem ubi video, me nihil proficere, reſpon-
 deo parentibus, me, ſi ita jubeant, in gratiam
 illorum morituram. Nam hoc mihi certum
 eſſe, niſi mature eximerer. Hoc audito, re-
 duxerunt domum. *Eu.* Bene habet, quod ma-
 ture reſilieris, prius quam ſervitutem æter-
 nam eſſes profeſſa. Sed nondum audio, quæ
 res mutarit animum tuum tam ſubito. *C.* Hoc
 nemo mortalium ex me ſcit haſtenus, nec tu
 ſcies. *Eu.* Quid ſi divinem? *Ca.* Nec divinabis,
 ſat ſcio: & ſi divines, non dicam. *Eu.* Tamet-
 ſi conjeſto. Verum interim periit ſumptus.
Ca. Plus quam quadraginta coronati. *Eu.* O
 * comeſſatores nuptiales! Gaudeo tamen,
 periiffe pecuniam te nobis incolumi; poſthac
 auſculta melioribus conſiliis. *Ca.* Ita faciam,
 & cum piſcatore, * icæta ſapiam.

Comeſſatores] *Comus*, Deus eſt luxus, inde
 κομῶζεν, & latine, comeſſari, quod eſt genialiter
 & cum luxu vivere. Non enim dicitur à comedendo.

Icæta ſapiam] Vide proverbium, piſcator icætuſ ſa-
 piu, ubi quiſ ſuo malo doctus.

Vxor Μεμφίγανος, ſive conjugium.

* EULLALIA, * XANTHIPPE.

Eu. **S**alve multum, exoptatiſſima mihi Xan-
 thippe. *Xa.* Salve tantundem, mihi ca-
 riſſima

Eulalia] Probe ac ſuaviter loquens.

*Xanthippe] Rixoſa, quod Socratiſ uxor Xan-
 thippe hoc vitio ſit nobilitata.*